

6941 rep. cum prioribus a. 1865.

PRISC  
A · IV  
F R I

Delineavit Promis et ectypum misit.

6942 rep. cum prioribus a. 1865.

SARIENA  
SEX · F · MACA  
V · A · XL ·

Delineavit Promis et ectypum misit.

6943 rep. cum prioribus a. 1865.

VEIA · Q · F<sup>13</sup><sub>1865</sub>  
V<sup>13</sup> · M · SA  
XX

Delineavit Promis et ectypum misit.  
Lectio non omnino certa; maxime [secundi versus secundum elementum ambiguum. Qui lapidem viderunt, legerunt VPM.

6944 rep. cum prioribus a. 1865.

VIBIA · PRISCA  
FESTI · F · A · V · XI  
IX

Delineavit Promis et ectypum misit.  
Promis legit: NIBIA · PRISCA | PRIT · F · AV · XI (om. v. 3). Ego dedi quae in ectypo videor nihi videre.

6945 rep. cum prioribus a. 1872.

IIIIAIIII  
V · A · XXX

Descripsit Promis, cum delinearum non posset.

6946 tabula marmorea litteris rudibus, rep. in vico Rivarotta, qui pars est Valpergae.

IVSTVS  
VIXIT  
SALVA  
BITVR

C. Promis misit acceptam ab amico.

6947 Ussellii in porta ecclesiae BARTOLI similiterque reliqui. — Eo venisse ex monte q d. Besenette auctor est BARTOLI, ex Bellacomba iussu archiepiscopi Taurinensis Beggiani PARIOLETTI.

HER  
C V L I  
M · VIRI  
VS  
5 MARCELLVS

Bartoli ms.; Durandi Pedona (1769) p. 127; Terraneus ms. ex schedis Carenae, cui dedit abbas Usseliensis Costa; Francesetti *vallées de Lanzo* (1823) p. 94; Raymond *mém. de Savoie* 4 (1830), 197, citans praeter edita Parioletti *memorie antiche di Lanzo e valli* scriptas; Bricco ad Lancei valles brevis lusus poeticus ed. 5 (Taurinis 1831) p. 90 aperte ex Francesetto (ipse libellum non vidi, inspexit eum mea causa Promis); Anonymus Gazzerae; Cibrario *storia di Torino* 1 (1846), 26, *studj storici* (1851) p. 288. Ab his Promis *Torino* p. 468 n. 230.

3. 4 M · VSTRI | VS Francesetti, V · VIRI | VS Raymond, M · CVSTRI · V · S · M Bricco, V · S · VIRI | VS Anon. Gazz., M · VIBI | VS Cibrario. Interpolatam proferunt Bartoli Durandi Terraneus sic: HERCVLI · DIVO (DIVO · HERCVLI Dur. Terr.) | M · MARCELLVS | SVPERATIS · ALPIBVS | PO · IT (P Terr., DICAUIT Dur.). Fraus haec non a Meyranesio videtur proficisci, cum adsit iam apud Bartolum.

6948 a Usseglio scop. presso lo chiesuola campestre di S. Desiderio nell'estate dell'a. 1850 e collocata nella chiesa della borgata delle Piazzette.

IOVI · OP · M  
CLODIVS  
CASTVS  
VECATI F  
5 VETERANV  
V S L L M  
MIL N XXVI

Cibrario *studj storici* (1851) p. 288; Gazzera ms.; Promis *Torino* p. 397 n. 175.  
6 v. | · L · M (sic) Cibr.

LXXXII. COLONIA IVLIA AVGVSTA TA VRINORVM (*Torino*). Tribu Stellatina.

DE AVCTORIBVS PEDEMONTANIS.

Regnum Sabaudico-Pedemontanum cum condicione sua et natura totum diversum sit a civitatibus Lombardiae et status Veneti, ab ea differentia etiam inscriptionum vices magis pependerit quam primo obtutu credas. Nam Venetae et Lombardicae civitates liberae in ipsis titulis colligendis suam quaeque libertatem ita servant, ut tam museorum conditores quam rerum auctores plerumque intra sui municipii fines se continuerint; denique nulla earum ita principatum obtinuit, ut minores vitam suam vivere desinerent. Accedit, quod ex duabus urbibus earum partium primariis Veneti, ut olim Romani, cum extra Italiam dominarentur, intra Italiam autem dominium re magis quam nomine exercerent, ex Histria quidem et Dalmatia et Graecia antiqua marmora complura ad domus suas advexerunt, sed idem nequaquam fecerunt apud Tarvisanos et Opi-terginos, nedum apud Patavinos et Brixianos. Altera autem princeps urbs Mediolanum a rerum, antiquarum studio per illa tempora ita abhorrebat, ut ne sua quidem monumenta plurima ea et praeclara satis custodiret. Contra in regno Pedemontano rerum antiquarum cura ut inde fere coepit, quod iussu ducis Caroli Emanuelis I marmora ex universo regno Taurinos in palatium ipsius comportabantur, ita a musei publici Taurinensis vicibus et auctorum Taurinensium studiis universa res ea postea quoque pependit pendetque vel hodie; quamquam

consentaneum est hoc maxime obtinere in oppidis Taurinis proximis, ut sunt Segusio, Augusta Bagiennorum, Pollentia, Alba Pompeia, Hasta, Aquae Statiellae, Industria, Eporedia, cum Augusta Praetoria et Vercellae et duo oppida a. demum 1735 cum Pedemontio contributa Novaria et Dertona a Taurinis minus regantur, ad oram autem maritimam nuper demum ei regno adiunctam haec quae diximus nullo modo perveniant. — Huic rerum condicione obtemperantes nos in hoc capite, quod est de Augusta Taurinorum, locum dedimus disputationi de inscriptionum auctoribus cum proprie Taurinensibus tum Pedemontanis in universum; reliqua oppida quae propria haberent, ea suis locis attulimus, ad hunc tractatum, ubi opus esset, lectorem ablegantes.

I. Inscriptionum studium, ut bonarum litterarum in universum, in regno Pedemontano aliquanto serius coepit quam in reliqua Gallia Cisalpina. Scilicet post antiquissimum auctorem, clericum opinor ex Germania Romanam profectum, qui congegit epigrammata servata in CODICE PALATINO 833 saeculi XI, in his etiam Vercellensia quaedam et Eporediensia (v. p. 617), qui in Italia superiore studia haec primus movit CYRIACUS ANCONITANUS ex oppidis quae nunc comprehenduntur Pedemontii finibus non adiit nisi Novariam et Dertonam. Nec magis apud eos, qui per saeculum XV collecta ab eo compilarunt et auxerunt, Felicianum Marcanovam Strozam